



Catalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto exupera[n]tio ep[iscop]o. Cap[itulum]. cxxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mense septembribus occurrentibus. Fo. ccxxxvij.

Illuminatur: et facto terremotu aperitur: cunctis captiuis solutis vinculis liberantur. Eadem nocte p^res crucifixus regi dacie apparuit: ei dixit: Quod peccata eius ipm iterato crucifixerant: et quod nisi ecclesia sancto martyri vinceret conderet peccatorum veniam minime perciperet: unde ex hoc rex territus: ecclesiam cum monasterio ordinis sancti benedicti sancto martyri fabricauit: et bonis suis largissime dorauit: ubi et sanctum corpus eius requiescit miraculose clarens. Passus est autem iiiij. kal. octobris.

De sancto maximo martyre. L^ap. cxviii.



Arimus

martyr passus est sub Decio cesare optimo autem p^ronunt apud asiam ciuitatem: quam ingressus de cius maximum detentum: dum ad sacrificia deorum compellere non posset. Iussit eum fustibus cedi: deinde in equuleo leuatum grauitate exangulari. Ita ut carnes una cum sanguine in terram destuerent. Cumque martyris dominus diceret tormenta sibi non dolorem: sed yunctionem inferre. Iussu proconsulis mandante decio extra ciuitatem eductus: ibi lapidibus obvultus occubuit. iiiij. Kalen. octobris. Sepulchrum est a christiani luxta murum ciuitatis memoriae eius a fidelibus desuper edificata.

De sancto exuperatio epo. L^ap. cxix.



Exuperanus

tius p^res claruit apud tolosanam ciuitatem. Qui beatus vir ipsius urbis pontifex: quantum sibi extiterit parcus quantumque alius largus sanctus hieronymus memorabilis prosecutus est relatu. Qui et domini confessor in clytus quarto kalen. octobris. in xfo feliciter requieuit: sepultus in ecclesia tolosana: ut sit ad in martyrologio.

De dedicatione basilice sancti michaelis archangeli. L^ap. cxix.



Edicatio ba

silice sancti michaelis archangeli duplacter nominatur: secundum dedicatio basilice: et memoria ipsius. Dicitur autem dedicatio eo quod hac die locum eius templum in monte gargano sibi dedicatum fuisse michael archan-

gelus revelavit. Cum enim ut dictum est supra in eius apparitione octavo idus maii: sanctus archangelus michael in monte gargano: sponsus fidelibus contra neapolitanos adhuc gentiles victoriam miraculose contulisset. Sponsi quoque ante os spelunce: ubi archangelus apparuerat: quotidiane orationibus vacarent: sive pontini adhuc dubitabant: an predictum locum ingredi vel dedicare deberent. Tunc episcopus duxit super his romanum pontificem consulendum: qui super hoc requirendam decrevit ars changelli voluntarem. Instantibus ergo cunctis triduo ieiunio apparuit in hac die michael archangelus episcopo: dicens non esse opus ipsum quam edificauerat ecclesiam dedicari. Ipse enim qui considerat: ipse et consecraverat: precepitque ut die sequenti locum cum populo ingrediens ipsum precibus frequentaret et specialem suum patronum sentiret: deditque eis predictae consecrationis signum: ut scilicet ab oriente per posterulam ascenderent: et ibidem marmore vestigia hominis impressa viderent. Vnde igitur episcopus et populus ad locum veniunt et introges- si cryptam magnam: et tria altaria inueniunt: quorum duo in australi parte posita erant tertium vero in orientali venerandum: et rubeo pallio circumiectum: ubi celebratis missarum solenniis: vestigia: ut archangelus praesiderat inuenientur: et omnes ad propria cum gudio redierunt. In eadem spelunca aqua lucida et nimium dulcis emanat: que post communionem sumpta diversas eruditines sanat. His auditis papa in honorem sancti michaelis et omnium beatorum spirituum hunc diem videlicet tertio kal. octobris per totum orbem statuit celebrandum. Dicitur etiam hoc festum memoria: eo quod in ipso ut dictum est omnium angelorum memoria agitamus. Circa quod sciendum est: quod sicut dionysius ponit in libro de celesti hierarchia. Omnes angelorum sunt tres hierarchie: et nouem ordines: ita quod quelibet hierarchia tres ordines continet: et dicitur a hieron: quod est sancti: et archos principes: quasi sacri principatus. Superior autem hierarchia continet seraphim: cherubim: et thronos. Media dominationes: virtutes: et potestares. Ultima vero principatus: archangeli: et angelos. Eorum autem ordinatio et dispositio potest videri per simile in terrena. Nam ministrorum qui sunt sub uno rege: quidam operantur immediate circa personam regis: sicut consiliarii et assessores et cubicularii: quod similes sunt primae hierarchie. Quidam circa regimen regni continet: ut principes milites et iudices: et hi sunt similares secunde. Quidam autem operantur circa regimen aliquius partis regni: sicut prepositi et basili: ac praefides: et hi sunt similares tertie. Tres igitur ordines prime hierarchie accipiuntur: in quantum deo assistunt. Ad hoc autem tria necessaria sunt: scilicet summa dilectio: et